



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Consensus Veteris Et Moderni Papatus**

**Reck, Johann von der  
Monasterii Westphaliæ, 1722**

VIII. De Sacrificio, & Oratione pro mortuis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68472](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68472)



V I I I.

De Sacrificio, & Oratione pro  
mortuis,

*S. Athanasius ad Antioch. q. 34.* Ita intelligimus peccatorum animas participare aliqua beneficentia, ac exanguis immolatione, & gratificatione pro ipsis facta.

*S. Cyrillus Hierosolymitanus Cateches. Mystag. 5.* Denique pro omnibus oramus, qui inter nos vitâ functi sunt, maximum esse credentes animarum juvamen, pro quibus offertur precatio Sancti illius & tremendi, quod in altari positum est, Sacrificii.

*S. Dionysius Areopagita de Eccles. Hierarchy. c. 7. par 3.* Accedens deinde venerandus Antistes, precem Sacram super mortuum peragit. Precatur oratio illa divinam clementiam, ut cuncta dimittat per infirmitatem humanam admissa peccata defuncto, eumque in luce statuatur, & regione vivorum.

*S.*



*S. Chrysoſtomus hom. 69. ad populum Antioch.* Non temerè ab Apoſtoliſ hęc fancita fuerunt, ut in tremendis myſteriis defunctorum agatur commemoratio: ſciunt enim inde multum illis contingere lucrum, utilitatem multam.

*Item hom. 21. in acta Apoſt.* Non fruſtra oblationes pro defunctis fiunt, non fruſtra preces, non fruſtra eleemoſynæ. Hęc omnia ſpiritus diſpoſuit volens, ut nos mutuum juvemus.

*Et paulo poſt.* Ne dubita, quia erit aliquis fructus. Non fruſtra Diaconus clamat: pro his, qui defuncti ſunt in Chriſto, & pro his, qui illorum memoriam faciunt.

*S. Iſidorus lib. 1. de off. Divin. c. 18.* Niſi Catholica Eccleſia crederet, fidelibus defunctis dimitti peccata; non pro eorum ſpiritibus, vel eleemoſynam faceret, vel Deo Sacrificium offerret.

*S. Auguſtinus in lib. de cura pro mortuis c. 1.* In Machabæorum libris legimus,

mus,



mus, oblatum pro mortuis Sacrificium. Sed & si nusquam in scripturis veteribus legeretur; non parva est universæ Ecclesiæ, quæ in hac consuetudine claret, authoritas: ubi in precibus Sacerdotis, quæ Domino Deo ad ejus altare funduntur, locum suum habet etiam commendatio mortuorum.

*Item eodem lib. c. 4.* Non sunt præmittendæ supplicationes pro Spiritibus mortuorum; quas faciendas pro omnibus in Christiana, & Catholica societate defunctis, etiam tacitis nominibus quorumque, sub generali commemoratione suscepit Ecclesia.

## IX.

### De Invocatione Sanctorum.

Congregati in Consilio Chalcedonensi, anno 451. sexcenti triginta Patres, unâ voce dixerunt: FLAVIANUS POST MORTEM VIVIT, MARTYR PRO NOBIS ORET.

*Origenes lib. 2. in Job.* O Beate Job,

vi-